

TRADICION DE VERDADES Y TRADICION DE MISTERIOS

por ANTONIO OSUNA FERNANDEZ, O. P.

SUMMARYUM.—*Propositum hujus dissertationis fuit investigationem instituere circa obiectum Traditionis christianae, praecipue illam apostolicam. Etenim ad mentem et verba quorundam theologorum nostris diebus tale obiectum nihil aliud esset nisi continua existentia in corde Ecclesiae mysteriorum et institutionum divinarum, quibus vita christianorum alitur.*

I.—*Citantur ideo aliqui theologi, qui conceptum Traditionis ut conservationem veritatis fidei divinae aliquantulum mitigant aut respuunt.*

II.—*Obiectum vero Traditionis sunt veritates fidei. A) Testamentum docet existentiam alicuius doctrinae, quae necessario debet servari integra in traditione apostolorum et in traditione ecclesiastica, quae proinde constituit depositum fidei. Et hoc materialiter idem est ac notio catholica Traditionis.*

B) *In scriptis vero primorum saeculorum conceptus Traditionis insuper extenditur ad antiquiores ritus et ecclesiarum usus designandos, quin eo ipso ignoretur conceptus traditionis ut nominat doctrinam aliquam fidei.*

C) *In operibus Sancti Thomae facile convincitur character doctrinalis Traditionis. D) Historia Decreti "De canonicis Scripturis". Concilii Tridentini sufficientia indicia praebet, quamvis contrarium propugnetur ab aliquibus theologis, Traditionem, quae pari pietatis affectu ac S. Scriptura suscipitur, esse traditionem de rebus immutabilibus fidei. E) Recte theologi posttridentini discernunt divinas ab apostolicis traditionibus, non tamen semper attingunt ejus verum fundamentum, quod certo est distinctio inter immutabilem veritatem fidei et mutabiles dispositiones regiminis ecclesiastici.*

III.—*Obiectum Traditionis intime connectitur cum obiecto Revelationis a qua omnino pendet. Nostris etenim diebus documenta Magisterii Ecclesiae non loquuntur nisi de aspectu dogmatico ac immutabili Traditionis et praetermittunt alias significationes Traditionis quae non sint doctrina revelata a Christo, ab apostolis exinde tradita et continua successione demum in Ecclesia conservata.*

IV.—*Quamvis conceptus theologicus Traditionis designat veritatem fidei revelatam, non ideo negamus fidelem, mediante assensu ad veritates, attingere ipsa mysteria realitatesque divinas ut finem.*

V.—*Igitur progressum fidei et Traditionis non oportet intelligere, more quorundam modernorum, ut progressum in experientia vitali mysteriorum, sed ut progressum illius primigeniae veritatis apostolicae quae, quamvis pauperima in sua explicita formulatione, uberrima tamen in decursu temporum ostenditur.*

En los últimos años se han multiplicado los estudios teológicos sobre la tradición cristiana ¹. Una triple circunstancia ha motivado este hecho:

1. No podemos dar aquí una bibliografía completa sobre este tema. Para la literatura histórica puede consultarse el DTC, t. XV, c. 1252-1250 y DAFC, t. IV, c. 1740-1783. Para la literatura posterior pueden consultarse los boletines habituales de la «Revue des Sciences Philosophiques et Théologiques», de «Recherches de Théologie ancienne et médiévale» y de «Recherches de Science religieuse».

«Salmanticensis», 10 (1963).